Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



146 158

quocunq; bibens in memoriam meam. Quotiens
cunq; enim manducabitis panem hunc et calicem
bibetis mortem domini annuntiabitis donec veniat. Ita
q; quicunq; manducauerit panem et biberit calicem
domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini. Probet
autem se ipsum homo et sic de pane illo edat et de cali
ce bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iu
dicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus do
mini. Omnium in te sperant domine et tu das illis escam in
tempore opportuno. Aperis tu manum tuam et implesis omne animal be
nedictione. Alia. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est
potus qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in
me manet et ego in eo alleluia. Sequentia. ✠ ✠ ✠

Laudes syon salvatorem laude ducem et pastorem in hymnis et
canticis. Quantum potes tantum glorie quia maior omni
laude nec laudare sufficis. Laudis thema specialis panis viuus
et vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene fratrum duo
decim datum non ambiguitur. Sit laus plena sit sonora sit iocun
da sit decora mentis nobilitas. Ecce enim sollempnis agitur in
qua mense recolitur prima huius institutio. In hac mensa novi regis novum
pascha novae legis phase veteri finitur. Novitatem novitas vetus
tatem fugat veritas noctem lux eliminat. Quod in cena christus gessit
fiendum hoc ecclesia in sui memoriam. Docti sacris institutis
panem vinum in salutis consecramus hostiam. Dogma datur christi
anis quod in carnem transit panis et vinum in sanguinem. Quod non capis
quod non vides animosa firmat fides praeter rem ordinem. Sub divisis
specieb; signis tantum et non rebus latent res eximie. Caro cibus
sanguis potus manet tamen christus totus sub utraq; specie. Sumens
eum non concisus non confractus non divisus integer accipitur. Su
mit unus sumunt mille quantum iste tantum ille nec sumptus con